

que possit ei *pari*. ergo si uires eius excedunt nostras. potius uidetur q̄ deus deberet nobis augere posse q̄s demonibus. aut uidetur iniuste agere et inaequaliter dum exponit debilem forti. et fortificat fortes contra debilem. **Rñs.** q̄ p̄as illa de qua loquitur Job. est p̄as uirtutis naturalis non est p̄as tentandi. nam p̄as tentandi debilis est nisi fortificet p̄ sensum tentandi. debilis enim est hostis qui non vincit nisi uolentem. q̄a tam p̄pter n̄am cupiam et ignoratiam multiplici nos decipit et allicit. ideo fortis est et adeo q̄ pauci eēnt qui nō uicerent. nisi de eius astutiam et fallatiam resfringeret. quā in fine iusto iudicio p̄mittet dilari. et ideo p̄tatem tentandi dicit dare. non cōferendo nouam potentiam s̄z sinendo ip̄m opari fm istam potetiam et astutiam quā iam h̄z.

Item querit de hoc q̄ dicit. q̄ non ē fas illi sp̄ui qui uictus est impugnare aliquid. **Contra.** p̄bilit̄ creditur q̄ diaboli maḡ qui tentauit adam tentauit xpm. et oī mō ē victus. ergo uidetur q̄ nūq̄ mō tentet. q̄d est contra textū Apoc̄. **Item** aut hoc ē uerū. ergo uidetur exercitus demonū adeo diminutus in fine q̄ tentare non possit. hoc autē est falsum. cū fortius tentet i fine. **Rñs.** uō q̄ contra hoc difficile est ueritatē dēterminare. q̄. n. fiat diminutō in illo exercitu dīmonū nō uidet̄ improbabile. cū ita uideamus cōtingere fm legēz belli. ut qui supatur amoueat a bello. q̄ntū tñ q̄n difficile ē dēterminare. vñ quicquid dicat Origenes meli⁹ est dubitare q̄s sup hoc q̄d diffinire.

Distinctio septima.

Supra dictū est q̄ angeli resupra egit. **Aḡ** de auersione et uersione. In hac pte agit d̄ cōfirmatōne et obstinatōe. **Et** diuiditur hec ps in ptes duas. In prima agit de cōfirmatōne et obstinatōe. Sc̄o uero de cōsequētib⁹. et hoc ibi. **Et** licet mali angeli. **Prima** ps h̄z quattuor p̄tulas. In prima ondit q̄ alii angeli post uersionē et auersionē sūt p̄ gloriā cōfirmati. et alii p̄ malitiaz obstinati. In sc̄da querit vtrū habeāt li. ar. et opponit ad hoc. ibi **Sz** cū nec boni pecca

re possint **re.** Tercio dēterminat ibi. Ad q̄d domis q̄ boni tanta gratia. In quarta et ultimo explanat q̄ndam auctoritatē inductā. ibi **Qd** ergo ait **et** ita hic duo dēterminantur. Prio qualis mali sunt in malitia obstinati. et boni i gratia cōfirmati. Sc̄o quō cōfirmatō et obstinatō stet cū libertate ar.

Intelligentiam huius partis circa duo incidit hic q̄stio. **Pri**mū est de obstinatōis malignitate q̄ntū ad malos. Sc̄m est de li. ar. immutabilitate q̄ntū ad bonos et malos. **Circa** primū querunt tria. **Primo** q̄rit vtrū in demonū uolūtate sit possibilis rectificatio. Sc̄o utq̄ sit in eis male uoluntatis cōtinuatō. Tercio vtrum sit in eis male uoluntatis intensio.

Queritur igit̄ primo vtrū affectō uel uolūtās demonū possit rectificari. q̄ nō uidet̄ primo. **Dam.** dicit q̄ hoc ē angel̄ cas⁹ q̄d hominib⁹ mors. s̄z bō post mortēz nō pōt recuperare bonā et rectā uolūtatem quā amiserit in uita. ergo **re.** **Itē Aug.** in li. d̄ fide. ad pe. sic creauit deus angelū ut qui uellet p̄petuo boni eēnt. et q̄ nollet eos dīno munere reparent. **Itē** hoc uidet̄ rōne. s̄z ē rō cōfirmatōis in bono et obstinatōis i malo. s̄z angeli statim ut boni moti sunt i bono. ergo et mali statim ut peccauerūt obstinati sunt in malo. sicut ergo boni non possūt cadere. ita nec mali resurgere. **Itē** grauius peccauit angel⁹ q̄s homo. ergo et graui⁹ debet puniri. s̄z p̄tin hominis punitum fuit aliqua pena irremediabili. ut pena mortis de qua null⁹ euadit. ergo necesse fuit peccatū angeli q̄d erat maius puniri pena mortis. sed non potuit puniri pena mortis nature. ergo necesse fuit ip̄m puniri pena damnatōnis eterne. **Sz** contra. ad rectificatōnez uoluntatis duo sufficiunt. s̄. cōdonatō diuine misericordie. et cōtritō penitentie. sed utrunq̄ horum est possibile circa angelos lapsos eē ergo et uolūtatem eorum rectificari. **Qd** autem possit esse cōdonatō misericordie onditur. quia misericordia dei est infinita. peccatum luciferi et demonum est finitum. sed

infinitum vincit et superat finitum. ergo diuina misericordia potest remittere illud peccatum. **S**i tu dicas quod potest de potentia sed non de decentia. **Costra.** decet misericordiam dei summe manifestari cum sit summa. ergo si sic manifestatur in summo suo in remittendo maximum omnium peccatorum. et hoc fuit peccatum luciferi. ergo decet ipsum illud ordiare. **Q**uod autem possit esse dolor penitentie in diabolo ostenditur. quicquid quis sentit sibi ad esse quod odit. et abesse quod diligit. dolet et tristatur. quia sicut dicit **Aug.** de ciuit. xiiij. dolor est dissensus ab his rebus que nobis non lentibus accidunt. sed diabolus scit se ex peccato suo amisisse illam nobilitatem quam habebat in celo. et incurrisse penam in inferno. et primum maxime diligit. et secundum maxime odit. ergo penitet de hoc quod fecit uel quod uoluit. uel saltem possibile est ipsum aliquando ad hunc statum deuenire. si modo non est. ergo potest ex parte angeli esse dolor penitentie. ex parte uero dei condonatio misericordie. ergo etc. **I**tem hoc ostenditur. quia si bonitas angeli non potest rectificari. aut hoc est ex parte dei. aut ex parte angeli. aut ex parte peccati. Ostenditur igitur primo quod non sit ex parte dei triplici ratione. Prima est hec. obstinatio male uoluntatis uel impossibilitas ad rectitudinem uoluntatis est defectus non positio ergo non habet causam efficientem sed deficientem. sed deus nullius est causa efficiens. ergo non est causa uel ratio huius impotestatis. **S**ecunda est hec. deus antecedens omnes homines et angelos uult saluos fieri ut dicit **Dam.** quia non creauit siue plasmauit ad penam sed ad gloriam. si ergo non uult malos angelos beatificari. hoc est solum uoluntate consequenti. sed uoluntas consequens est excessus ex causa naturali. ergo alia ratio est ulterior quare hoc concedit. non ergo uoluntas dei. **T**ertia est si diabolus veniam petens dominus non repellens. quia sicut dicit **Ambro.** ipse recipit fugientes ad se hoc iusticie est. sed contra iustitiam deus nullo modo facit. Preterea. quicquid homo deo seruierit. si penitet de bonis deus bona preterita non acceptat. ergo similiter si penitet de malo uidetur quod mala remittat. et hoc spectat ad summe misericordem. ergo ratio quare uoluntas diaboli non potest rectificari non potest

principaliter uenire ex parte dei. ut patet ex triplici ratione. **I**tem ostendit etiam quod non ex parte nature angeli uenit hec impossibilitas. primo auctoritate **Aug.** de si. ad **pe.** Si humana natura postquam a deo auersa est bonitates perdidit uoluntatis. ex se ipsa rursum habere potuisset multo possibilis hoc natura haberet angelica. que quanto minus grauatur potest terrene corporis tanto magis hac esset predicta facultate. **I**tem uidetur secunda ratione. quia angelus peccando non amisit ar. li. quam libertas ar. est ei naturalis. sed ratione li. ar. erat susceptibilis rectitudinis a sui natura. ergo adhuc quantum est ex parte nature sue est susceptibilis. **I**tem si natura angeli est causa illius impossibilitatis et cuiuscumque rei per modum nature est causa. deus similiter est causa. quia sola uoluntas ad uersatur deo. ergo deus est causa que tale naturam fecit. si ergo nullo modo deus est causa impossibilitatis ad bonum. nec natura angeli. **O**stenditur etiam quod ratio non sit ex parte peccati angelici. quia peccatum angelicum non excessit peccatum hominis in infinitum quantum ad aliquam uicium. ergo non nocuit in infinitum plus quam peccatum hominis. sed peccatum hominis etsi auferret rectitudinem non tamen abstulit possibilitatem ad rectitudinem. ergo uidetur quod peccatum angeli etsi magis elongauerit non elongauit infinite. ergo uidetur quod elongauit cum possibilitate ad reditum. et ita non uidetur ratio ex parte peccati. **I**tem quantum ad gratiam si adueniret uoluntati diaboli expelleret totam culpam. loquitur de gratia gratificante. sed morbus qui modico remedio adueniente potest curari non dicitur de se incurabilis. sed propter defectum remedii. si illud non esset ergo impossibilitas rectificationis in uoluntate angeli non est ratio culpe principaliter. **I**tem culpa non inducit necessitatem uoluntatis. quia est in uoluntate secundum quod uoluntas est et ita secundum quod libera et uertibilis. ergo si non inducit necessitatem. ergo nec aufert possibilitatem ad oppositum et ita ad rectitudinem. ergo non uenit illa impossibilitas ex parte peccati. ergo nullo modo. **R**espondeo. ubi quod sicut sancti dicunt et auctoritates. uoluntas diaboli nullo modo potest rectificari secundum quod hoc uerbum potest. predicat potentiam aliquam habentem aliquam ordinatorem ad actum.

nam si intelligatur de potentia efficiētis ab
solute. absqz dubio potens est deus diabo-
lo restituere bonam uolūtatem. tamen ex p-
te diaboli non est ordinatō aliq ad hoc imo
facta est uolūtas eius impossibilis. ut sancti
dicunt rōnes oīdunt. Si autē querat cau-
sa impossibilitatis ad rectitudinem. intelligē-
dum est ad hoc q ad rectitudinem uolunta-
tis p actuale peccatum lapsē duo occurrunt.
scz ex pte uolūtatis penitentia. ex pte dei
grā sanans. r utriqz deest diabolo. r ideo
oīno deest ei uia rectificatōis. Si querat ul-
terius qd horum est rō defect? alteri? vō
q defect? penitentia est rāto quare dicit
grā gratificans. q ad illam disponit pnia
informis. Rursus si querat qre deficit pe-
nitentia. dico q deficit grā gratisdata que
pparat uolūtatem ut peniteat. r sine qua ne-
mo unqz se pparat ad gratiam. sicut infra
patebit. Si tu querat unde ueniat defectus
grē gratisdate uel que sit rō? absqz dubio
defectus nō potest hēre nisi causā deficientē
et ita nec deus nec natura angeli potest esse
prima causa. s; nihil est aliud q ipa culpa
qua diabolus ita egrotat r egrotat ut nō
pateat aditus gratie. r in hoc cōsentit oēs
qui recte sapiūt circa materiam istam. Sed
vnde habeat culpa diaboli hāc irremediabi-
litatē. diuersificati sunt uarie opinātes. Qui
dā enim sumpserūt rōem ex culpe opatōe
ad seueritatem iudicātis. qā enim diabolus
et āgelis grauissime peccauerūt. dñs seuerus
iudex statim cōdēnauit eos. sicut index ma-
gnus latronem in turpi latrocinio dephe-
sum statim facit suspendi. qzuis differat su-
spendium unius pui latronis qui potuit hēre
aliquam excusatōnem. Sed hec rō cōgruita-
tis est. qā esto q diabolus minus peccasset
tūc uideretur posse redire. r ideo uidem? q
deus facit misericordiā cum sceleratissimis
frequenter. r aliquos aliqū qui modice pec-
cauerūt demergit i infernū. r itō cōgruitas
tantum est. Alii sumpserūt rōnem ex opatōe
culpe ad naturā peccātis. quia peccās
fuit substantia spūalis oīno non hīs pondus
carnis. r qā substantia spūalis est semper in
actu suo. vnde nō laxatur imo cōtinue hz in
ordinatā uolūtatem r cōtinue grām impu-
gnat. ideo non offertur sibi grā. s; ille non

sunt rōnes necessitatis. tum qā pondus car-
nis non inclinabat hominem primū ad pecca-
tum ideo nec a deo excusat. ut pctm ei ca-
peret remediū rectitudinis. nec ecōtra carētia
carnis adeo āgelū impediebat. Similit? nec
alia rō. qā deus grām gratisdatā frequen-
ter homi existenti in actuali uolūtate pec-
candi. hec enim simul stat cū culpa. et hui?
Exemplū pz in paulo. qui uersus est r cō-
cūctus luce in actu psecutōis. sūt tñ cōgrui-
tates quedā a latere. Alii sumpserūt rōem
ex pte culpe relate ad modū peccādi p op-
positū ad pctm hoīs. qā alio homo sugge-
rense peccauerit. ideo dignum fuit alio rele-
uari. Rursū qā totū genus humanum ceciderat.
ne totus periret cōgrui fuit reduci ad
rectitudinem. ecōtra est in āgelicis spūalib?
qā non peccauerūt p temptatōnem maxie
lucifer tōo nō reddit. vñ Grego. in moral.
iij. nūqz lumē pristini status accepit qā non
puausus amisit. similiter quia cecidit fm p-
tem ita q pctm fuit pecculare et punibile.
ideo non debuit rectificari. vnde Augusti.
in Ench. placuit uniuersitatis conditori vt
quoniā non tota multitudo āgelorum deū
deferendo perierat. ea que perierat in eter-
na damnatōne remanet. sed ille similis fuit
rōnes congruitatis. quia si homo peccasset
ppria uoluntate sine suggestōne uel ptiar-
lariter. non uides quomodo non posset re-
cupare bonam uoluntatem dño restituerente
Alii sumpserunt rōnem per comparatōnem
ad statum peccātis. quia tempore meriti r
status merendi erat eis prefixus usqz ad
primā bonā opatōnem uel malam. et ideo
sicut homo postq tempus merendi ptrans-
sit qntūcumqz peccauerit ptiarlarit. dū tamē
mortaliter r qlitercūqz peccauerit. ultra nō
potest bonā uoluntatem reacquirere. sic et
de āgelis intelligendum est. Et hoc modo
assignauit Dam. cum dixit. q hoc est āge-
lis casus quod hominibus mors. et similiter
Aug. de si. ad Pe. cum dixit. Sic creauit de-
us angelos ut qui uellēt ppetuo boni eēnt.
et qui nollent nūqz eos diuino munere re-
parēt. et ita tempus meriti et status pfixū
usqz ad primum cōsuetum. Et hāc rōne cre-
do propriā et necessariā. et pz quia si aliq
passio inest aliquibus subiectis inest eis fm

aliquod commune. **diabolus** autem non potest bonam uoluntatem recuperare ita est obstinatus. et similiter iudas et alius homo peccator damnatus. constat quod in eis non potest. nec ratione nature nec ratione modi peccandi. quia non est commune. si ergo non inuenitur communitas nisi a parte status. quia uterque est extra statum meriti. manifestum est quod ista est ratio potissima et necessaria. et hoc clarius patet in peccato hominis si diligentius consideretur. nam peccatum iude in principio non abstrulit possibilitatem ad iustitiam. et tamen sine adiunctione et sine inuolutione solo tempore merendi transiente factus est impossibilis ad bonam uoluntatem. **deus** enim decreuit offerre gratiam quod diu est tempus merendi. quo transiente cum non faciat contra suam dispositionem non offert gratiam que pueniat uoluntatem et formet ad penitentiam. et ita remanet uoluntas ibi in penitentia sempiterna et ita in culpa. Et si tu obiecias quod cum deus preuiderit quod diabolus lapsus erat siue peccaturus. quare prefixit ei ita modicum tempus merendi. ut non haberet spatium redeundi. **Notandum** ad hoc quod in conductione rerum non attenditur ratio misericordie et iustitie principaliter. sed sapientie. **Decreuit** enim diuina sapientia in uniuerso facere duplicem creaturam rationalem. ad hoc quod esset uniuersum completum. **Quam** corpori unitam. ut animam rationalem. **Alia** absolutam et spirituales ut angelum. et quoniam substantia spiritualis est omnino incorruptibilis et ingenerabilis. non potuit unus angelus ex altero produci. ideo simul producti sunt. et sicut simul sunt producti ita etiam simul glorificandi siue dispositi ad simul glorificari. Et quia sunt spirituales incorruptibiles. nullo modo habentes retardatiuum. **Hinc** est quod in loco glorie sunt conditi. scilicet in empyreo. et ita de proximo ad gloriam dispositi et ratione nature et loci. et ideo tempus meriti est eis ita breue prefixus sicut potuit. et ideo usque ad primam auersionem uel auersionem deliberatiuam. **Homini** uero quia conditus est in corpore animali ad preceam prolem ad cultum dei. et ita in remotiori a gloria datus est locus distans ad merendum a sui conductione. scilicet pacifus terrestris. et prefixus est ei terminus diuturnus. propter officium preceam prolem. et propterea cum peccauit

angelus statim exiit tempus meriti et statim homo uero non. et ideo ille potuit rectificari. ille uero non. **Et hoc** est quod dicit **Augustinus** de mirabilibus sacre scripture. Angelus de sublimissimo sui ordinis statu cecidit ideo resurgere non potuit. **Patet** igitur quod uoluntas angeli non est rectificabilis. nec fuit a tempore ex quo cecidit. **Quia** enim fuit extra statum meriti certissime reuelata est ei sua damnatio. et ideo sicut beati non possunt timere damnationem. ita angelus malus propter certitudinem damnationis non potest sperare salutem. et ideo absentiam gratie non potest penitere. et ideo nec bonus esse. **His** uisus facile est omnia obiecta soluere. **Ad** illud enim quod obicitur. quod potest esse condonatio misericordie. **Respondetur** quod potest de potentia absoluta. sed de potentia ordinata que operatur secundum ordinem sapientie. et illum ordinem deus non corrumpit. imo inuolabiliter seruat. non debet esse nec potest esse. **Quia** consilium dei et dispositio non potest mutari aliquid ratione. **Ad** illud ergo quod dicit. quod summe debet manifestari. **Respondetur** quod sic debet manifestari misericordia ut manifestetur et iustitia. et ideo decreuit diuina bonitas in homine infirmiori et miserabili manifestare misericordiam. et summe manifestauit quando unigenito non pepercit. **In** angelicis spiritibus placuit manifestare iustitiam et sapientissime et elegantissime factum est. quia misericordia non auferit iustitiam. nec econuerso. et ideo errauit **Origenes**. qui totum dedit misericordie dei et abstrulit locum iustitie. quod quous non sit tamen impietatis in superficie. tamen equalis erroris est auferre actum adeo iustitie sicut actum misericordie. **Ad** illud quod obicitur de dolore penitentis quod potest esse in diabolo. **Respondetur** quod dolor penitentis accipitur duobus modis. **Ali** quis enim dolet de culpa propter damnum quod incurrit et lesionem. et sic dolere potest quis ex puris naturalibus sine gratia gratis data et tunc dolet quando maiorem sentit lesionem quam delectationem. **Hanc** diabolus modo non habet propter libidinem peccandi. sed tamen habetur cum absorbetur a penis post iudicium. **Sed** hec penitentia non disponit ad gratiam. immo solum est pena. quia sic penituit etiam iudas. **Alio** modo est dolor penitentis

quis quis dolet de culpa quia dei offensiva.
et hic dolor disponit ad penitentiam. et hic
non est sine gratia gratis data. et hunc dolo-
rem diabolus uel demones habere non pos-
sunt. quia sunt extra statum in quo dat gra-
tia. et irregressibiliter sunt extra. et ita p[er] illud.

Ad illud q[uo]d obicitur scdo u[er]bo ueniat im-
possibilitas. r[ati]o d[icitu]r est q[uo]d non uenit ex p[ar]te
dei sicut ostendit tres r[ati]ones prime. nec
ex p[ar]te nature angeli q[ua]ntum est de se. sicut
ostendunt r[ati]ones tres scdo loco posite. nec
etiā ex p[ar]te magnitudinis peccati q[ua]ntum est
de se. sicut ostendit tres r[ati]ones ultime. sed
hoc habet culpa r[ati]o[n]e status. quia enim est
uoluntas extra meritum statum abest o[mn]is gratia.
q[uo]d in statu damnationis adest o[mn]is p[er]secutio cer-
tissima. que due s[un]t r[ati]o[n]es o[mn]ino dispo-
nentes uoluntates ad impossibilitate[m] rectitu-
dinis. T[er]cia illud q[uo]d obicitur q[uo]d non p[otes]t ue-
nire ex p[ar]te peccati. quia non excedit in infi-
nitum p[er]tinet h[abitu]s. quida[m] uoluit soluere. q[uo]d imo
q[uia] intellectus angelicus e[st] deiformis. et ideo
intelligit in instanti. r[ati]o[n]alis siue collatiu[us] in
tempore. et ideo quia peccatu[m] angeli q[uo]d e[st]
o[mn]ia deiforme intellectu. excedit ip[s]o p[ro]porti-
onabiliter peccatu[m] hominis. sicut linea ip[s]o p[ro]-
portionabiliter excedit punctu[m] et tempus in
stantis. sed hoc non oportet dicere. quia non
oportet q[uo]d morbus curabilis incurabile[m] ex-
cedat in infinitu[m]. quia unus morbus qui in
vno statu e[st] curabilis per clementi[am] siue diu
turnitatem fit incurabilis. ita e[st] manifeste in
morbo incurabili corporali. similiter uide-
mus manifeste in morbo spiritali. p[er]tinet eni[m]
ante mortem e[st] curabile. solo excessu[m] mortis
fit incurabile. simile uidemus in casu. q[uo]d eni[m]
cadit de loco pax eminenti non moritur. qui
autem de turri cadit sine remedio leditur. s[ed]
tamen magnitudo et altitudo non est im-
proportionabilis altitudini. et ideo non ualet
ratio illa.

Apposito q[uo]d in uoluntate de-
monu[m] non sit possibilis rectifi-
catio. queritur scdo p[er] u[er]bu[m] sit in
eis male uoluntatis continuatio.
Et q[uo]d sit. i. l[oc]o. x. Que conuentio xpi ad
belial. Glo. sicut xps omnia bene facit. ita

diabolus o[mn]ia male. sed semp[er] facit aliud. q[uo]d
est substantia sp[irit]ualis no[n] laxata in opando.
ergo **re.** **I**te **Hiere.** iij. diabolus ab inicio
peccat. Glo. ab inicio sue creatio[n]is incipit
peccat[ur] continue usq[ue] in presens. **I**te **Aug.**
de fi. ad pe. loquens de o[mn]ibus dic. nec
mala possunt uoluntate carere nec pena. Si
tu dicas q[uo]d loquitur de habitu non de actu.
obicitur per **Hiere.** qui dicit q[uo]d diabol[us] ad
hoc idem sibi arrogat quod prius presump-
serat. **I**tem hoc uidetur r[ati]o[n]e. diabolus
e[st] obstinatus. s[ed] obstinatio e[st] firmatio i[n] priori
malo. ergo diaboli uoluntas e[st] confirmata in
malo quod co[m]misit. ergo ab illo non potest
recedere. ergo **re.** **I**tem angeli confirmati
in bono continue habent bona uoluntatem
s[ecundu]m habitu[m] et actu[m]. et eandem qua[m] habueru[n]t
in sui glorificatio[n]e. ergo ab oppositis. **U**tr
uidetur de o[mn]ibus cum sint obstinati in
malo. sicut illi confirmati in bono. **I**tem
si posset ab actu male uoluntatis desistere
posset aliquo modo se ad gratias prepara-
re. quia dimittere actum peccati est prepa-
rare se ad gratia[m]. sed ipse nullo modo hoc
potest sicut supra probatum e[st]. ergo **re.**

Contra **Jaco.** ii. Demones credunt et co-
tremiscunt. sed credere et timere non sunt
actus male uoluntatis. ergo uidetur q[uo]d ali-
quando mouentur sine obliquitate. et ita
aliqua est interpolatio. **I**tem si contremi-
scunt et timor retrahit a malo actu. ergo ui-
detur q[uo]d aliquando desistant. **I**te. ii. pe. ij.
Demones non portant aduersus se execra-
bile iudiciu[m]. Glo. magnitudine penarum
territi iudicio presumptionis desistant. ergo
uidetur q[uo]d cessauerit in eis presumendi p[er]-
uersitas. saltem quatu[m] ad actum. **I**te
Demones naturaliter diligunt deum. vno
dicit **Aug.** q[uo]d null[us] conscientia potest deum
odisse. et si non diceret uidetur uerum. quia
vitium non delet extrema nature uestigia.
si igitur diligere deum est naturale. ergo ad
huc sunt habiles et acti ad hunc aptus. esto
q[uo]d exeant in actum. cum non moueantur s[ed]
pluribus motibus tunc ut uidetur cessat ab
actu male uoluntatis. **I**te diabolus ten-
tans hunc hominem potest desistere ab actu
exteriori. ita q[uo]d nihil mali exterius nec illi
nec alii faciat. sed plus sumus domi actui

interiorū q̄ exteriorū. ergo potest desistere ut nihil actu male uelit. ¶ Item uidetur q̄ uoluntas prima supbiendi in eo desierit. q̄a cessante causa cessat effectus. Sed ratio que mouit diabolū ad appetendum diuinam celsitudinem fuit pulchritudo et strenuitas naturalium. et preexcellencia respectu omnium. ideo sperauit posse optinere et appetiit. s̄ modo non habet in se istam celsitudinem. ergo ut uidetur nec illā uoluntate. ergo uidetur in eo uariata affectō. ¶ Item differt dilectō et appetitus. quia dilectō est boni. sed appetitus est boni ut unibilis. q̄a homo appetit bonū sibi. et bonū sibi non ē nisi utile sibi. s̄ diabolus uidet bene q̄ nō potest ad dei celsitudinem peruenire. quia reuelata ē ei sua damnatio. ¶ ut dicit Aug. de mirabilibus sacre scripture. ad sue damnationis cumulū desperauit. ¶ Responsio v̄o q̄ loqui ̄tingit de mala uoluntate tripliciter. s̄. q̄ntum ad deformitatem. q̄ntus ad pronitatem. et q̄ntū ad actualitatem. Quātū ad deformitatem est in mala uoluntate diabolus ̄tinue. ita q̄ nulla interuenit uariatio per deformitatis desitionem siue minorationem. q̄a ita adhesit macula peccati uoluntati diaboli. ut nullo modo possit ab illa separari. Quātū ad pronitatem ē continuatō eiusdē. ita tam q̄ interuenit uariatō q̄ntus ad modū inclinandi. diabolus enī ad idipm q̄o primo appetiit etiam nūc pronitates h̄z s̄ differenti mō q̄s pri⁹. prius enī appetiit cum pposito optinendi. v̄nō dixit ponam sedem meam ab aquilone. nunc appetit q̄ntū in se. sicut ambitiosus qui sperat optinere episcopatum. et si non optineat non recedit ambitō. s̄ modus ambiendi uariat. sic et in diabolo est. Quātū uero ad actualitatem ē ̄tinuatō in actu peccandi. s̄ tū interuenit uariatō quātū ad genus. q̄a nō peccat continue peccato v̄nius generis cū non moueatur simul motibus diuersis. mō enim peccat superbia. mō inuidia. mō aliis modis. tam uoluntas eius nunq̄ requiescit. q̄a nunq̄ lassatur cum sit incorruptibilis. et cum in eo regnet peruersitas. semper oēm actum quem elicit ̄format et deprauat. et ita continue peccat. Et concedende sūt rō.

nes ad hoc inducte. ¶ Ad illud q̄o obicitur q̄ credunt et ̄tremiscunt. v̄o q̄ actus iudicatur bonus dupliciter. aut ex se ̄puta quando est actus uirtutis elicientis ipm. ut abstinere a uoluptatibus et ̄similes. aut ex adiuncto. sicut ire ad sanctum iacobus. Sic actus dicitur malus dupliciter. aut q̄a directe elicitur a uitio. ut uelle preesse. aut quia uitii deforme ̄comitatur. ut dare elemosynam propter uanam gloriam. uel cū murmurare et ipacientia et displicentia. et hoc mō deformat diabolus actum credendi. q̄a cū murmure et ipacientia et displicentia illius q̄o credit mouetur in actum illū. et ita credendo peccat. non quia credit s̄ q̄a eo mō credere non debet quo credit. Similiter iudicandū est si diabolus deo obediat. ¶ Ad illō q̄o obicitur v̄ timore. dico q̄ uerū est q̄ timent s̄ tamē timor ita exilis est. et uoluntas peccandi adeo est improba q̄ ppter hoc non cessat. sicut in latrone qui licet timeat furcam. tamen propter appetitum furandi non cessat a furto. et ipso timore peccat quia displicet ei dei iusticia quam formidat. ¶ Ad illud quod obicitur. q̄ a iudicio presumptionis desistunt. dicendum q̄ sicut dictum est quauis non audeant appetere q̄o primo ausi sunt. tamen improba uoluntate non desistunt appetere. et si uiam possent inuenire per quas crederent attingere absq̄ dubio idem presumerent. unde quamuis iudicium sit uariatū propter penarum intuitū. tamen appetitus non est auulsus nec malum desiderium. immo regnat actu. ¶ Ad illud quod obicitur de motu naturali. Respondent quidam q̄ natura etsi non sit extincta. est tamen adeo consopita et liberum arbitriū malitia superata. q̄ in actū suum non potest exire. Aliter tamē potest dici. q̄ sicut libera uoluntas deformabat actum credendi. ita etiam deformat actum naturalem cum ei adiungit. Exemplū huius est hoc. Licet auarus naturaliter appetat beatitudinem. tanta est peruersitas iudicii in eo et uoluntatis. ut non dicat esse beatitudinem nisi in diuitiis. et ita nunq̄ exit in appetitum beatitudinis nisi ut est in diuitiis. et ita appetendo illam beatitudinem

peccat. quia motum illum quæz natura illa incubat incitando. voluntas cōsumat eformando. Sic intelligendum q̄ diabolus naturaliter diligit deum vt conservatorem. s̄ voluntas diaboli illam dilectionem refert ad propriam utilitatem. ideo peccat. quia et si deum diligit tamen propter se diligit. **Be** ne igitur concedo q̄ exit in actum naturalem. s̄ nuncq̄ in pure naturales. **Ad** illud quod obicitur q̄ potest desistere in actu exteriori. dicens q̄ non est simile. quia cū diabolus non obdormiat. semper in eo uigēt interiores uirtutes. et ita semper sūt i actu velit nolit. sicut in homine uigilāte. s̄ op̄ ad alterum subest omnino libero arbitrio. itō potest cessare ab hoc et ab omni interiori. potest cessare ab hoc uel ab alio. fm diuersas conuersiones. sed nuncq̄ ab omni.

Quod ergo dicitur q̄ magis sumus domi actui interiorum. si intelligatur quantum ad cohibitionem propriam manifeste falsum ē. Si quantum ad cohibitionem alienam uerū est. quia aliquis potest me cohibere ab actu exteriori et cōpelle. non sic est d̄ interiori.

Ad illud quod obicitur q̄ non uidetur modo superbire quia cessauit causa. **o** q̄ est causa inducens. s̄ tamen non efficiens nec conservans. et hac cessante non cessat effectus. sicut patet manifeste. et talis fuit in diabolo pulchritudo. est alia efficiens et conservans. et talis fuit uoluntas diaboli obliqua et peruersa. et hec semper est in diabolo. itō semper est in eo superbia. et cū uis non assurgit ad illud optinendum. tamen adhuc assurgit ad illud quod potest et amplius q̄ potest. quia ad dominium hominū et maxime sanctorum.

Ad illud autem quod ultimo obicitur. q̄ appetitus est rei unibilis. dicendum q̄ appetitus absolutus et deliberatus est rei unibilis et possibilis. et ille appetitus est rei cum eligentia. sed appetitus uelleitatis que est impossibile non est rei unibilis fm ueritatem. sed rei que desideratur. sicut aliquis appetit esse uelox sicut irundo. et similia. diabolus autem quod prius appetit eo modo quo appetit uoluntate eligentie non appetit. sed solum quantum est ex

se. si tamen contendat q̄ appetit. fatendū est q̄ iudicium eius est peruersum siue extimatio. saltem intellectus practici quo iudicat se ad idem posse peruenire. q̄uis iudicium speculationis dicet contrariū.

Quod queritur utrum in demonibus sit male uoluntatis intensio. **Et** q̄ sic **Isidorus** de summo bono. diabolus non propter hoc cōtemptus est. q̄ deo equalem se existimans cecidit. sed etiam superiorem se deo dicit. ergo uidetur creuisse superbia. **Item** ratio ne uidetur. q̄a cū mala facimus mali sumus. ergo quanto plura mala facimus tanto peiores sumus. sed diabolus plura mala fecit post lapsum. ergo peior est nunc q̄ quando cecidit. ergo creuit in eo uoluntatis deordinatio. **Item** diabolo debetur maior pena nunc q̄ quando cecidit. hoc non est dubium. sed premium in bonis non augetur nisi crescat bona uoluntas. ergo nec in malis supplitium nisi crescat mala uoluntas. ergo et cetera. **Item** malum est priuatio modi speciei et ordinis. sed ista non possunt totaliter ab aliquo remoueri. alioquin cederet in non ens. quia dicit **Augustinus** q̄ ubi hec nulla sunt nullum bonum est. ergo si non sunt omnino oblata. possunt adhuc diminui. sed diminuantur per peccatum. cum ergo diabolus peccet. tanto magis diminuantur quanto magis peccat. sed quanto magis diminuantur tanto peior est uoluntas. ergo et cetera. **Item** qui procurat homicidium corporale homicida est. et quanto plura procurat homicidia tanto peior est in eo uoluntas. ergo pari ratione immo fortiori qui mortem spirituales procurat homicida est. et qui plurimum mortem procurat peior est. sed diabolus post mortem primi hominis dicitur fuisse homicida ab initio. quia procurauit eius lapsum. sed processu ipsius procurauit mortem plurimum. ergo in malitia creuit.

Si tu dicas q̄ creuit mala uolūtas in opatō
ne ad hoiez non in opatōne ad deū. **O**sten
ditur q̄ ista responsio nulla est. primo q̄a
diabolus iordinate mouetur in deum sicut
in homiez. **S**i ergo multiplicādo et iterādo
pctm̄ in homiem. intenditur et crescit in eo
malitia. pari rōne cum odit et blasphemat
deū q̄o nullo mō pōt bene fieri. **P**terea non
est pctm̄ in quo non dēminatur et offendat
deus. et in quo peccans non auertatur a dō
ergo in om̄i pctō crescit mala uoluntas in
opatōe ad deum. **C**ōtra. **O**pposita nata
sunt fieri circa idem. s̄z demones nō possūt
pficere. ergo non possunt magis deficere si
ue peiores esse. **I**tem hoc uidetur p̄ sile
in homibus damnatis. q̄a diabol⁹ et homo
mortuus siue damnatus sunt in simili sta
tu. sicut dicit **D**am. q̄ hoc est hoib⁹ mors
q̄o angelus casus. s̄z post mortē mala uolū
tas in homie non crescit. ergo nec in demo
ne post casum. **I**te hoc oñditur p̄ simile
in angelis bonis. similis enim status est bo
norum in bono et malorū in malo. s̄z in bo
nis nō pōt crescere bona uolūtas. ergo nec
in malis mala. **I**tem angelus simplex ē
et nullū retardatiuū habet. ergo in priā cō
uersione tantum se uertit q̄ non pōt am
plius. ergo similiter tātum auertit se q̄ nō
potest amplius. ergo **n**e. **I**te in nullo cre
scit mala uolūtas in quo non crescit demer
itum. sed demeritum non crescit in eo qui
non potest euitare pctm̄. ergo si necesse ē
diabol⁹ male uelle. impossibile ē in eo ma
lam uoluntatem crescere. **I**tem diabol⁹
et dēmones sunt rediti oīno impossibiles ad
gratiā in primo lapsu. nec possūt magis im
possibiles eē. s̄z q̄nto crescit mala uoluntas
fit maior elongatō a gratia. si ergo nō pos
sunt magis elongari. sicut cecus nō potest
plus cecari. ergo **n**e. **R**ñō. **T**riplex est hic
modus dicēdi. **Q**uidā enī senserūt q̄ sicut
in angelis bonis uolūtas bona creuit i priā
uersione usq̄ ad terminū. ita q̄ āplius in
se nō pōt crescere. s̄z solū in effectib⁹ bonis
quos efficiūt circa hoies. **S**icut i āgelis mal
dicere uoluerūt. q̄ i priā auersione auersa
est uoluntas eorū in termino. ita q̄ tātū fuit
deprauata uolūtas malorū q̄ ampli⁹ nec dē
prauat nec crescit. s̄z solū i effectib⁹ quādo

plura mala ex equali uoluntate semp facit.
et q̄a supplicii non tantū respicit intensio
nem uolūtatis. s̄z etiam actū exteriore. iōo
grauis punitur diabolus ex malis q̄ dmit
tit. **R**ōnez aut huius positōis assignāt sim
plicitatem et spūalitatem angelicam. q̄ nul
lū h̄z retardatiuū. et iōo totaliter et i termino
in priā uersione se uertit. homo autē nō
sic. **A**liorū positō est illa. q̄ in malis āgelis
simpliciter loquendo crescit malitia et male
uoluntatis dōdinatō. **S**icut enī p̄z ex pble
mate precedente diabolus dēinue peccat. et
nouas malitias dēdere excogitat. **E**t qm̄ q̄a
mala facimus mali sumus. et quodlibz ma
lum adimit de habilitate uolūtatis. quia ali
ter nō esset malum. iōo semper habilitas
minuitur et uolūtas magis et magis deor
dinatur. nec est simile de bonis. q̄a bonum
opus non ita apponit ad bonitatem gratie
uel uolūtatis. sicut pctm̄ quodlibet adimit
Sed q̄a duruz uidetur dicere q̄ diaboli ma
litia non intendatur. cum dicatur in. **p̄s**. **S**u
perbia eorū qui te oderunt ascendit semp.
et exponitur de demonibus. **E**t iterum ir
ratiōale uidetur q̄ ita crescat in diabolo ma
litia sicut in pure uiatore. cum iam sit in
statu damnatōis. et necessitatem habeat
ad aliquam malitiam. **I**deo est tertius mo
dus dicēdi. q̄ in diabolo crescat malitia
uolūtatis quantum ad vim administrati
uam qua conuertitur ad hominem. sed non
quantum ad vim contemplatiuam qua est
simpliciter et necessario auersus a deo. **R**a
tio autēz huius positōis est illa. ad cremē
tum enim uolūtatis male siue demeriti nō
sufficit inordinata affectio. quia hec est in
damnatis. et erit in sempiternum. sed re
quiritur ultra. tempus meriti et status me
rendi uel demerendi. diabolus autem est
in statu demerendi quantum ad vim mi
nistratiuam. non quantum ad contempla
tiuam. et ideo crescit et demeritum et pec
catum. quantum ad vim administratiuam.
non quantum ad contemplatiuam. **R**a
tio autem huius patet. **S**i reuocentur ad
memoriam predicta in solutione prece
dentis problematis. ibi tactum est de pre
fixione temporis ad merendum ipsi an
gelo. **D**ictū est enim q̄a angelus spūalis et

incorruptibilis et propinquus ad gloriam est conditus. ideo est ei tempus breue prefixum. homini uero terminus longus. sed quia deus sic addidit uniuersum ut maior et potentior minorem adiunget. ideo non tantum angelo dedit uim contemplatiuam qua mereretur et ad deum uerteretur. sed etiam administratiuam qua homini suffragaretur. quia ergo uis contemplatiua erat ipsius angeli in se. quantum ad illam prefixum est spatium merendi usque ad ultimam reversionem uel auersionem. sed quia administratiua ualet respectu habitus ad homines ideo prefixum est angelis spatium merendi quousque homines assumerentur totaliter ad gloriam. manifestum ergo quantum ad uim istam. statim merendi uel demerendi. et manet usque ad dies iudicii. sed quoniam meritum et demeritum non est in ui administratiua nisi per contemplatiuam et in bonis contemplatiua ita est uersa ad bonum quod non potest auerti. ideo administratiua non habet nisi locum et spatium merendi. contra. quia in malis ita est auersa contemplatiua quod non potest uerti. ideo quantum ad ministratiuam non habet nisi locum et spatium demerendi. in hoc patet quod diuini decretum manet iustum et inuolatum. quia tempus quod additum ne prefixerat non debuit auferre nec bonis nec malis. iustis quidem diligentibus deum spatium illud uersum est in bonum. impiis autem et peccatoribus angelis uersum est in malum. ideo patet quod crescit mala uoluntas in malis quantum ad uim administratiua solam. nec est oino simile in bonis et malis. quia uoluntas in bonis propter influentiam perfectam statim uertit ad terminum. ideo quousque plura bona faciant tam uoluntas bona propter hoc non intenditur. sed in malis non est ita. quia corruptio uenit ab ipsis. et non poterunt ita se inficere. qui ad hec magis quam diu durat tempus. non et crescit in eis malicia et etiam appetitus nocendi et domiandi hominibus. non sic in angelis bonis. Concedende igitur sunt rationes probantes quod mala uoluntas in demonibus intenditur et crescat. tum quantum ad uim administratiua siue in operatione ad hominem.

Ad illud quod obicitur. quod inordinate mouetur in deum. uero quod sicut in damnatis inordinatus motus uoluntatis conuersus est in penam. et imputatur in suppliuium non in de-

meritum. sic in angelis malis in penam est conuersus ille inordinatus motus.

Ad illud quod obicitur. quod in omni peccato correptus deus. uero quod non est peccatum quin assit uis contemplatiua. et qui sit in deum aliquo modo. sed tamen distinguuntur hic ad inuicem quantum ad principalitatem actuum. Dicitur enim aliquod peccatum esse in deum. aliquod in proximum. aliquod quantum ad uim administratiua. aliquod quantum ad contemplatiua. et secundum quod distinguuntur sic loquimur.

Ad illud quod obicitur in contrarium. quod opposita natura sunt fieri circa idem. uero quod illud habet instantiam in accedentibus inseparabilibus. siue sit inseparabile per naturam siue per acquisitionem. quia ergo in angelis bonis est gratia inseparabiliter. ideo impossibile est quod insit culpa. contra intelligendum est in malis angelis. accidens enim inseparabile. aut est naturale. aut quasi in naturam uersum. et in eis quod naturaliter insunt habet illud uerbum instantiam etiam secundum philosophum.

Ad illud quod obicitur de statu hominis mortui. iam patet quod non est simile. quia simpliciter existit status meriti. angelus non.

Ad illud quod obicitur de angelis bonis quod non augetur in eis bona uoluntas. per quod non est simile. quia uoluntas bona non ita est ab ope ut malitia.

Ad illud quod obicitur de simplicitate angeli. uero quod illud argumentum deficit dupliciter. primo quia uoluntas deliberatiua cum sit libera non mouetur secundum totum suum posse. quousque nullum habeat retardatiuum. et illud manifestum est. quia angelus magis diligit unum quam alium. et magis odit unum quam alium sed hoc non esset si totaliter moueret in quolibet. et ideo ratio non ualens. Preterea. alius defectus est ibi. quia esto quod quantum possit se uerteret prius uice. adhuc possit magis. quam peccare esse posse deficere et posse moueri inordinate. et quousque non possit iterius moueri quantum ad motum potest tamen magis uordari. quia spiritus potest crescere penitus et inclinatio ad malum. et ita per illud.

Ad illud quod obicitur quod non potest euitare. uero quod falsum est. quousque enim malitia uoluntatis non possit imutare. tamen potest cessare a nocumeto quod homini facit. et propterea ipse iduxit se in hanc necessitatem et non penitit. et ideo non excusat. nullus enim excusat per necessitatem iductam nisi peniteat de inductione.

Ad illud quod obicitur quod diabolus est oino
impossibilis ad gratiam. **ad** quod non crescit ma
la uoluntas quantum ad impossibilitatem suscipie
di gratiam. quia hoc est equaliter in oibus damna
tis. scilicet quantum ad indignitatem. et diabolus est indi
gnus et potest esse magis indignus. secundum quod ma
gis offendit. et abutitur bonis naturalibus
sibi datis.

Consequenter queritur de li. ar.
immutabilitate. tam in confirma
tis quam in obliatis. **S**upposito
autem quod angeli in sua uoluntate ha
buerint li. ar. sicut homo. querunt hic tria. Pri
mu est utrum confirmatio mutauerit libertatis ar.
Secundum est utrum obliatio auferat libertatis
usum. Tertium est utrum hec uel illa minuatur
libertatis dominium.

Circa primum sic procedit. et querit
utrum confirmatio mutet libertatis
arbitrium. ita quod sit aliud ante confirma
tionem aliud post. **E**t quod sic ui
detur. uertibilitas uest li. ar. creato per naturam
ergo quod auferit li. ar. uertibilitatem mutat ei
naturam et uariat. scilicet confirmatio hoc auferit li.
ar. ergo mutat et uariat. **I**tem nihil idem ma
nes idem potest oppositas duas participari. scilicet mu
tabile et immutabile sunt opposite de eodem entis. si
cut mortale et immortale uiuentis. si ergo li.
ar. ante confirmationem est mutabile post confirma
tionem immutabile. ergo est aliud et aliud. **I**tem
rationales potestates sunt ad opposita ut dicit **Phi**
lo. ergo cum potentia definit eam ad opposita
ergo definit eam rationalem. scilicet post confirmationem li.
ar. definit eam ad opposita. ergo definit eam ro
nalis potestas. scilicet nulla potentia rationalis potest fieri
non rationalis manens eadem. ergo **re**. **I**tem pote
tie distinguunt per actum et actus per obiecta. ubi er
go sunt diuersa obiecta necesse est etiam poten
tias diuersificari. scilicet li. ar. ante confirmationem potest
in malum. post confirmationem non potest. ergo est aliud
et aliud. **C**ontra. **A**nselem. dicit li. ar. dicit quod li.
ar. est potestas seruandi rectitudinem propter se. scilicet hec
